

Hujus Juris duo sunt volumina: quorum primum dicitur **DECRETUM**, quod privato studio compilavit Gratianus, Monachus Bononiensis, ordinis S. Benedicti, ætate Eugenii III. pontif. ex S. scripturæ dictis, conciliorum decretis, pontificum constitutionibus, sententiis patrum, & LL. Roman. Et hæc in decreto non habent majorem auctoritatem, quam aucthores. unde compilatum est: *Marcian. Delrio lib. 5. disq. magic. sect. 16. p. 790. Canisius in summa jur. can. c. 2. lib. 1. tit. 2. in not. lit. X. Besold. dissert. de lib. Jur. cap. 8. Alberic. Gentil. disput. de lib. jur. can. cap. 2. Covarruv. 1. var. resol. c. 1. n. 12. 13. [Diss. Hunn. de aut. Jur. lib. 2. c. 9. Axel. in compend. jur. Can. proæm.]*

Palex & Gratiani dicta & Canonum inscriptiones omni auctoritate carent, *Besold. d. l. Alberic. Gentil. Artur. Duck. d. lib. 1. c. 7. num. 3. 4. [Diss. Hunn. Encyclop. jur. pag. 1. t. 1. cap. 3. num. 7. 8. 12.]* Dividitur Decretum in 3. part. prima absovitur 101. distinctionibus, sub quarum singulis certiponuntur canones. Secunda continet 136. causas, quarum quælibet certas sub se comprehendit quæstiones, quæ iterum suos habent Canones 1. Quæst. 3. causa. 33. agit de pœnitentia & in 7. dividitur distinctionibus. Tertia constat 5. distinctionibus de consecratione: In fine adjiciuntur pœnitentiales, & vetustissimi Canones, qui Apostolici dicuntur, ac in corpore jur. Civ. etiam apparent; de quorum origine, auctoritate, tempore & numero nihil certi habemus. illos spurios esse latè docet Meisner. *in tr. d. LL. lib. 4. sect. 2. quæst. 5. num. 1. vid. etiam. can. 1. & seqq. distinct. 16.*

DECRETALIVM volumen continet pontificum Constitutiones, quæ iterum in 4. partes dividuntur: quarum prima habet 5. libros variis capit. & tit. distincta, composita à Gregorio IX. pontif. per Reimundum pœnitentiarium suum anno 1230. & communiter vocatur Extra, eò quod sit extra corpus Gratiani Decreti. *Canis. in sum. jur. Can. lib. 1. tr. 4. cap. 6. §. 3.* Secunda pars est compilata à Bonifacio VIII. & vocatur Sextus liber Decretalium. *Canis. d. l.* Tertiam congregavit Clemens V. pontif. eòdem mortuò eandem in lucem edidit ejus successor Iohann. XXII. hinc appellantur Clementinæ. Quarta pars continet Iohann. XXII. constitutiones 20. quibus post ejus mortem aliæ adjectæ sunt pontificum constitutiones, quarum priores nempe Iohann. XXII. dicuntur Extravagantes, posteriores verò dicuntur Extravagantes communes. & dividuntur in 5. lib. quorum quartus non extat. Quæ in quatuor hisce partibus continentur, habent vim Canonum. *Canis. d. tit. 1. Rittershus. in proæm. tr. de differ. Jur. civ. & Can.* Septimus verò decretalium liber, qui operâ Pet. Matthæi Jcti Lucennensis est collectus, & institutiones juris Can. operâ Lancelloti compositæ, auctoritate carent. *Besold. dissertat. de lib. Jur. c. 8. in fin. Alberic. Gentil. de lib. Jur. can. c. 8. p. 52.*

DE JUSTITIA ET JURE. I. I.

A L Eges nihil sunt absque Jurisprudencia. 2. §. 5. 13. *de O. I. I. D*
 §. 11. *de ventr. insp. JURISPRUDENTIA* est civilis
 A 2 pru.